





auctoritatem & jurisdictionem in ipsum. Immo nunquam licet ex parte punitionem iniecti esse iustam, & legitima auctoritatem factam, quatenus ejus malum est: nam hoc est affectus odii nunquam liciti.

CAPUT III

De Ordine Caritatis.

Quasi. 1. **A**n ordo in Caritate servari debet? Resp. Affirmat. Ita unnes. 1. Prob. 1. Ex Cant. 2. Ordinat in me Caritatem. 2. Ex S. August. lib. 1. de Doctr. Christi. c. 27. Ille iusto & sancte vivit: qui ordinatam dilectionem habet, ne aut diligit quod non est diligendum: aut non diligit quod est diligendum; aut amplius laisquam quod est minus diligendum: aut aequo diligit quod vel minus vel amplius diligendum est. . . . Etsi Deum omni homine amplius diligendus est, amplius quisque debet Deum diligere quam seipsum. Item amplius alius homo diligendus est, quam corpus nostrum: quia propter Deum ista omnia sunt diligenda & potest nobiscum alius homo Deo persequi quod non potest corpus: quia corpus per animam vivit, qua fruimur Deo. 3. Ex S. Thom. 2. 2. q. 44. art. 8. Modus, qui pertinet ad rationem virtutis affectus, dicitur sub precepto, quod dicitur de actibus virtutis. Ordo autem Caritatis pertinet ad ipsam rationem virtutis: cum accipiatur secundum proportionem dilectionis ad diligibile. Unde manifestum est, quod ordo Caritatis debet cadere sub precepto.

4. Quia obiecta diligenda & operandi, non sunt aequalia inter se. Ergo debet esse inter illa ordo, ut caritas sit recta. 5. Deus vult, ut aliquos, nempe qui nobis sunt conjunctiores, plus diligamus.

Duplex autem est ordo in caritate servandus, alter in personis, alter in bonis. In personis homo amare debet, 1. Deum utpote principium ac finem ultimum rerum omnium, & summe bonum ac perfectum. 2. Seipsum. 3. Ceteros homines. In bonis primum locum tenent bona spiritalia, seu supernaturalia, nempe gloria, seu beatitudo aeterna, gratia, virtutes, bona merita. Secundum bona naturalia & bona corporis, ut vita, integritas membrorum, sanitas &c. Tertium bona externa, ut honor, fama, divitiae &c. Item bonum commune majus est bono privato: quia bonum commune est bonum totius, & bonum privatum est bonum partis, sicut autem totum est majus sua parte, ita bonum totius majus est bono partis, ideoque est preferendum.

Quasi II. An & quomodo quisque seipsum magis diligere debet quam proximum?

Resp. 1. Uniquisque tenetur seipsum magis diligere simpliciter & absolute, quam proximum. Ita S. Thom. q. 26. art. 4. & q. 44. art. 8. ad 2. Prob. 1. Ex Math. 22. Diliges proximum sicut teipsum. Ubi dilectio sui proponitur ut regula & exemplar amoris proximi, regula autem prior & potior est quam regulam. Quare preceptum diligendi seipsum includitur in precepto dilectionis proximi. 2. Quia ex ordine caritatis homo magis inclinatur ad sui dilectionem quam proximi, etique sibi magis conjunctus. Unde illud Eccli. 4. Qui sibi inquam est, aut alii bonum erit.

Hinc 1. Quisque tenetur se magis diligere in bo-

nis spiritualibus quam proximum, ita ut sibi potius velit & comparet Dei gratiam, amicitiam, virtutes, & beatitudinem aeternam, quam cultibet alteri cum hoc bona sint omnium maxima & maxime necessaria. Quod indicat haec Christi verba, Math. 16. Quis diligit homini, secundum universalem legem, animam vero suam derelinquit pariterum &c. Quibus verbis Christus significat debere nos ante omnia salutem nostram providere.

2. In quacunque corporali necessitate aequali licet sibi potius subvenire quam alteri privato; nam nemmo tenetur diligere proximum magis quam seipsum, sed solum sicut seipsum. Non est de necessitate Caritatis, quod homo proprio corpori exponat pro salute proximi, nisi in casu quo tenetur ejus salutem providere. Sed quod aliquis sponte ad hoc se offerat, pertinet ad perfectionem Caritatis, ait S. Th. 2. 2. q. 26. art. 5. ad 3. Immo juxta multos, tenetur seipsum magis diligere quodam vitam temporalem, & bona ejus conservationi necessaria, quam proximum parem vel inferiorem, quia (ut ait S. August. lib. de mendac. c. 6.) Si pro illius temporalis vitae suam ipsam temporalem perdat, non est jam diligere sicut seipsum, sed plus quam seipsum; quod sancta doctrina regulam excedit. Praeterea per se loquendo caritas magis inclinatur subiectum suum ad sui conservationem, quam ad conservationem alterius privati. Ergo qui privati vitam live praesert, agi contra inclinationem caritatis, ideoque contra ordinem caritatis, & consequenter peccat contra caritatem. Alii tamen multi cum S. Thoma sentent, licere vitam propriam exponere pro servanda vita alterius privati, non quidem praesertit ob bonum vite proximi, quae ut talis non debet praesertit vite propriae, sed ob speciale quoddam virtutis exercitium, quod in certis circumstantiis exurgit ex alio titulo, vel si vitam exponat pro altero, cuius vita sit v. g. ad promotionem gloriae Dei; si pro parente, infirmi benefactori &c. ad insigne opus pietatis, gratitudinis &c. Nam, inquit, actus virtutis christianae, qui tunc exercetur, majus bonum est vita temporali. Textum vero S. August. aliter explicat, licet vita amittatur ob vitam proximi praesertit sumptam ut talem, non autem ob exercitium virtutis.

Dixi, Private: nam subditus tenetur vitam propriam certo periculo exponere pro salute resp. vel principis sui, ut alterius persone resp. necessitate. Nam membrum periculo exponi, immo & abscondi debet pro conservatione totius: & quilibet pars bonum totius suo privato praesertit tenetur.

Resp. 2. Uniquisque ex caritate tenetur proximum magis diligere in spiritualibus, quam seipsum in corporalibus. Tum quia quilibet tenetur diligere proximum sicut seipsum: ut quilibet tenetur seipsum magis diligere secundum animam quam secundum corpus: ergo simpliciter &c. Tum quia anima proximi secundum rectam rationem magis amabilis est quam corpus proprium; nam ipsa longe praestantior, quam corpus proprium, modo participat bonitatem divinam, quae est obiectum formae caritatis; etque capax possessionis Dei, non corpus proprium; & in ipsa Deus magis glorificari potest, quam in corpore proprio. Hinc

Resp. 3. Tenetur praesertit salutem aeternam proximi bonis omnibus relictis temporalibus, & vitam nostram corporalem certo periculo exponere; pro salute

DE VIRTUTIBUS THEOLOGICIS.

lute proximi in necessitate extrema spirituali possit, hoc est, versans in periculo damnationis aeternae, a quo se eripere non possit sine ope nostra, quando est spes illam juvandi. Est communis sententia, & constat, 1. ex Joan. 15. Hoc est preceptum meum, ut diligatis invicem, sicut dilexi vos: At Christus nos ita dilexit, ut vitam corporalem pro animarum salutem salutem amiserit. Item ex 1. Joan. 3. Nos debemus pro fratribus animas ponere. Quae lex obligat saltem in extrema necessitate spirituali, alioquin nunquam obligaret. Ex S. August. lib. de mendac. c. 5. Temporalis vitam suam pro aeterna optati proximi non dubitabit Christianus amittere: hoc enim praesertit exemplum, ut praesertit Dominus ipse servavit. Ad hoc enim & ait. Hoc est mandatum meum, ut diligatis invicem, sicut & ego dilexi vos. 5. Quia tenetur amare proximum sicut nos ipsos. Ergo licet in periculo aeternae salutis, quo non possemus liberari sine iudicia vitae, tenetur ex caritate nostram vitam amittere potius quam salutem aeternam: ita &c. Praeterea salus aeterna proximi est bonum longe excellentius & amabilis vita nostra temporali, ideoque et in necessitate anteponebimus secundum debitum ordinem caritatis.

Hinc tenens infantem moriturum baptizare etiam cum vite damno, si alius non adit, qui id faciat: item si scias aliquem existentem in peccato mortali interficiendum in somno, vel nil cogitantem, tenens cum vite periculo edubvenire, modo prudenter iudices te illi profuturum: nemo enim tenetur ad opus prolixius inutile cum proprio gravi damno.

Resp. 3. In gravi necessitate spirituali communitatis tenens ei subvenire etiam cum vite periculo. Ita Suarez, De lego, deo, & alii. Quis talis necessitas semper conjuncta est cum necessitate extrema aliquorum privatorum: nam nulli in illa necessitate probabiliter peribunt. Et quia ipsa per se est gravissimum malum, cum merito succuri debet cum iudicia vite alioquin privati. Immo gravis necessitas spiritualis communitatis non minoris estimanda est, quam extrema alioquin privati.

Hinc si quis haereticam alicuius spargat, tenens cum periculo vine impedire si possit, & nemo alius impedit. Item si in persecutione vel hostili inquisitione plebs aliqua careret Sacerdote, & alimde esset exposita gravibus periculis peccandi, tenens cum periculo vite illi opulari: quod ad alios similes casus eo eadem rationem extendi debet.

Quasi III. Quis ordo erga proximos inter se servandus est?

Resp. 1. Magis diligere debemus affectu complacite faciores, quia sunt amicitiae & conjunctiores Deo, & secundum se amabiliores. Item velle illis majorem gloriam, quia habent majorem gratiam sanctificantem, quae est mensura gloriae. Resp. 2. Quod amorem affectum finis & effectum, quo alteri beneficimus, consanguineus esse secundum varios gradus in pari necessitate praesertit sunt quoad bona temporalia, & spiritualia aliis, licet inferioribus, quia ad hoc inclinatur caritas, propter naturalem conjunctionem; quae cum sit prior ordine naturae, & praesupponatur omnibus aliis, sique firmiter & immobilitate, utpote in natura ipsa sentata, priorem locum postulat in dilectione quoad bona amicitiae appetibilia. Emittitur ergo caritas non invenit ordinem naturae, sed postulat illum postulat

Post hos ceteri sequuntur varias conjunctiones affectivatis, amicitiae, societatis praesertit sunt extraneis: nam ratio dicit magis diligendos esse conjunctos, & conjunctiores quam minus conjunctos, & caritas ad hoc inclinatur. Cum omnibus prodesse non possit, his postquam consanguineis, qui consanguinitati junguntur, ait S. August. lib. 1. de Doctr. Christi. c. 28. Patria tamen vel resp. praesertit est parentibus: patria est totum, cujus sunt partes parentes, qui proinde tenentur vitam pro illius salute exponere, cum totum patri, & bonum totius bono partis praesertit sit.

Resp. 2. Ceteris paribus esse consanguineis praesertit sunt propinquiores. Nam si propter naturalem conjunctionem generis magis diligere consanguineos, ceteris paribus: tenens etiam, ceteris paribus, propter naturalem conjunctionem majorem, magis diligere consanguineos propinquiores.

Item ex consanguinitate aequo propinquo tenetur magis diligere digniores, seu aliquam in consanguinitate eminentiam habentes: nam hoc ipso, ceteris paribus, sunt magis diligibiles. Hinc

Resp. 3. Inter ipsos consanguineos, 1. Pater & mater in necessitate extrema, ubi vita periclitatur, praesertit sunt filii, & uxori, & aliis omnibus. Ita S. Thom. q. 86. art. 11. quia praeter communio nem sanguinis, habent eminentiam principii; sunt enim principium nostri esse, quod est ingens beneficium, & fundamentum ad recipienda ad ali beneficia. Extra necessitatem extremam, & ubi agitur de conservatione proprii status, uxori & filii non emancipati, juxta multos, praesertit debent parentibus, propter arctiorem in communi vita & vite societate conjunctionem viri & uxoris indicatam Gen. 2 & Matth. 19. Dimittit homo patrem & matrem, & adheret uxori suae &c. Et quia bonum familiarium & resp. id postulat. Unde S. Th. 2. 2. q. 26. art. 9. ad 5. ait: Filii magis debentur curae brevifrons. 2. Ceteris paribus, pater praesertit est matri; quia est principiorum ac nobilior causa nostra esse naturalis; cum sit praecipua causa generationis & etque finis caput, & ad eum magis spectat cura liberorum: unde major est honor & amor debetur. S. Thom. ibidem. 3. Uxor praesertit est filii, quia est una caro cum matre, & principium liberorum. 4. Filii sunt praesertit ceteris omnibus, quia sunt conjunctiores, cum a substantia parentum procedant: & iustas cognatis ob majorem sanctiis conjunctionem.

Hinc in naufragio, vel alio mortis periculo, si filius tenetur patrem pro aliis omnibus liberare, utpote pro filiis &c.

Inter extraneos vero meliores praesertit sunt a filii, nam ob majorem sanctitatem sunt Deo junctiores & conjunctiores, ideoque magis amabiles: filius peccatoris, fidelis interdi ob majorem conjunctionem spirituales. Item persona publica; vel bono communi valde utilis; praesertit est private; quia bonum commune, utpote bonum multorum, praesertit est bono private, quod est unius vel paucorum. Item ceteris paribus, benefactor aliis praesertit est.

Hinc intelligitur pari necessitate. Nam extraneus in majore necessitate postulat, praesertit est propinquo longe minus indigenti: cum enim praesertit caritatis non obligat ad beneficandum aliis, nisi



fir in aliqua necessitate, magis & potius obligat ubi major est necessitas. S. Thom. qu. 36. art. 2. ubi: *In aliquo casu est magis subveniendum extraneo, puta si sit in extrema necessitate, quam extraneo parvi non tantam necessitatem rationis.* Hinc extraneus in necessitate gravi spiritali debet praferri consanguineo gravem necessitatem corporalem patienti: quia tunc necessitas extranei est major ob indigentiam boni magis necessari; & quia scit tenemus magis diligere proximum in spiritalibus, quam nos ipsos in corporalibus, ita & tenetur magis diligere extraneum in spiritalibus &c.

Porro obligatio servandi hunc ordinem est ex genere suo gravis, cum nascatur ex precepto caritatis gravissimo, & ejus materia ac finis sit gravis.

Quod si possit omnibus subvenire, tenetur.

CAPUT IV.

De Eleemosyna.

Quaest. I. *Quid est Eleemosyna?*  
 Resp. Est sublevatio alienae miseriae propter Deum. Sive est auxilium proximo indigent datum ex compatione propter Deum. Estque opus misericordiae imperatum a caritate. Misericordia autem est virtus quae nos ex compatione inclinat ad subveniendum alienae miseriae, ex S. Aug. lib. 9. de Civit. c. 2. illi per excessum operuntur nimia cordis mollescit seu indulgentia; per defectum, cordis durities, & crudelitas.

Eleemosyna, seu opera misericordiae ac caritatis magis vulgaris, & ad quae cetera reduci possunt, sunt quatuordecim. Septem corporalia, nempe visitare infirmos & carcere detentos, potare sitientes, pascere esurientes, redimere captivos, vestire nudos, peregrinos hospitio suscipere, & sepelire mortuos. Et septem spiritalia, nempe praebere consilium, corrigere peccantem, docere ignorantem, consolari tristem, remittere offensam, terere patienter libenter & molestias ac defectus proximi, pro omnibus orare, iuxta hos verus:

*Visto, pota, cibo, redimo, ergo, colligo, condico.*  
*Consule, carpe, doce, solare, remitte, serora.*

Quaest. II. *An exeat preceptum Eleemosyna, & quandoque obligat sub mortali?*

Nota. 1. Necessitas sine indigentia proximi triplex est. Prima extrema, ex qua imminet mors vel mutilatio, nisi ei succurratur. Secunda gravis est, cum homo nisi ei subveniatur, non potest vitare gravem malum, ut captivitatem, gravem infamiam, amissionem status vel dignitatis, iacturam notabilem bonorum, vel magnam miseriam, quae reddat vitam graviter molestem. Tertia communis, quae paritaliquod incommodum in necessariis ad vitam vel statum; ita tamen ut non reddat vitam nimis miseriam vel molestem, spectatis statu & conditione patientis. In haec velantur plerique mendicij triviales.

Nota 2. Bona triplicis sunt generis. Nam 1. Alia sunt necessaria naturae vel vitae, illa videlicet, sine quibus conservari non potest vita nostra, & aliorum, quorum cura nobis incumbit. 2. Alia sunt

necessaria statui, sine quibus non potest quibus conveniendi vivere secundum conditionem & statum praesentem propriae personae, vel aliarum, quarum cura ei incumbit; & haec iterum duplicia sunt: quaedam enim sunt necessaria ad statum simpliciter, ac universum, sine quibus aliquis suo statu excederet: quaedam dumtaxat ad status decentiam modeste christianae conscientiam. 3. Alia non sunt necessaria, sed superflua vel vitae, vel statui, vel utriusque.

Nota 3. Necessarium statui complectitur bona, quae requiruntur ad sustentanda onera familiae, ad alendos famulos, ad filios educandos, & in statu honesto iuxta suam conditionem collocandos, filias dotandas, ad honestas donationes, moderata cum amicis convivia, hospitalitatem, item ad illum statum servandum in quolibet casu calamitatis probabiliter eventuro, ut sunt morbi, bellum, sterilitas &c. Dico, *probabiliter*: nam non debet attendi ad omnes casus, qui possunt contingere in futurum: *hoc enim esset de crastino cogitare, quod Dominus prohibet.* Matt. 7. *sed debet disjunctari superfluum & necessarium secundum ea, quae probabiliter & ut in pluribus occurrant,* ait S. Th. q. 31. art. 3. ad 3. Quare multi habent superflua. *Multa superflua habemus, si non nisi necessaria tenemus, nam si necessaria queramus, nihil sufficit.* Fratres, *querite, quod sufficit operi Dei, non quod sufficit cupiditati vestrae,* ait S. Aug. in Psal. 147. Hinc Innoc. XI. damnavit hanc propositionem: *Vix in secularibus inventis, etiam in Regibus, superfluum statui & ita vix aliquis tenetur ad Eleemosynam, quando tenetur tantum ex superfluo statui.*

Nota 4. De necessariis vix non est obligatio faciendi Eleemosynam: quia suam futuram vitam quaeque potest, & ordinarie debet aliorum vitae praeferre, ut exigit ordo caritatis. Excipie, nisi persona indigens sit necessaria bono communi, quod semper proprio anteponendum est.

Resp. 1. Exeat preceptum divinum naturale ac positivum dandi Eleemosynam, obligans sub mortali. Conf. 2. ex Matt. 25. *Dilectate a me manducate in ignem aeternum; esurivi enim, & non dedistis mihi manducare &c.* Ubi dantur, qui Eleemosynam omiserunt. Et 1. Joan. 3. *Qui habuerit substantiam hujus mundi, & viderit fratrem suum necessitatem habere, & claverit viscera sua ab eo: quomodo Caritas Dei manet in eo?*

2. Quia lex divina caritatis graviter obligat quemque ad proximum diligendum sicut seipsum; ideoque ad illi indigenti opitulandum: nam amare proximum est ei bonum velle, & facere quantum possumus, quando ille nostra ope eget. *Ad dilectionem proximi pertinet, ut proximo non solum velimus bonum, sed etiam operemur, secundum illud Joan. 3. Non diligamus verbo neque lingua, sed opere & veritate. Ad hoc autem quod velimus & operemur bonum alicujus, requiritur, quod ejus necessitati subveniamus, quod fit per Eleemosynam largitionem, & ideo Eleemosynam largitio est in precepto.* S. Th. 2. 2. q. 32. art. 3.

Hoc preceptum extenditur ad quolibet operam misericordiae, & scholasticum tunc corporalia, tum spiritalia, quibus proximus indiget, cum fundetur in caritate, quae tenetur diligere proximum sicut nos ipsos, & ei facere quod nobis fieri rationabiliter vellemus. Et vero si tenetur subvenire proximo in

necessitate corporali, multo magis etiam tenetur in necessitate spiritali: nam longe potior cura habenda est salutis animae, quam vitae corporalis, quae propter illam amittenda est: cum salus animae consistat in consecutione perfectae ac aeternae felicitatis, & in vitatione infelicitatis aeternae: Quare quicquid dicitur de Eleemosyna corporali, idem cum proportionem applicari debet spiritali. Praeterea lex caritatis in proximum obligat ad amandum hominem, qui cum consistit corpore & anima, potest secundum utrumque ope nostra indigere, & sic obligat ad subveniendum proximo in ejus temporalibus & spiritalibus necessitatibus. Ita S. August. lib. de moribus Ecclesiae, c. 27. ubi ait: *Homo igitur, ut homini appareat, anima rationalis est, mortali atque terreno usum corpore. Partim ergo corpori, partim vero animae hominis beneficit, qui hominem diligit.*

Triplex igitur est necessitas spiritalis, scilicet extrema, cum proximus sine nostra ope non potest sibi necessaria ad salutem providere; gravis, cum potest quidem sine nostra ope sibi talia providere, sed non sine magna difficultate, vel incurrit gravissimum periculum peccandi ob pauperitatem, ignorantiam vincibilem, pravam consuetudinem, vel occasionem valde alienicentem ad malum, & communitatis, cui potest ipse providere sine magna difficultate.

Resp. 2. Quilibet in extrema necessitate Proximi tenetur sub mortali ei subvenire non solum de superfluo statui, sed etiam de necessariis ad status decentiam. *Eg communis & certa sententia,* inquit Platellius. Quia caritas ordinata exigit, ut vitam proximi plus diligamus quam decentiam status nostri, & huic illam praeferramus: ac proinde ut juxta quam decentiam status patriamur pro vita proximi servanda. Immo tunc etiam adjuvandum est proximum ex bonis quodam modo ad integritatem status necessariis. Ita Suarez, Valentia, Sanchez, & alii multi. Nam iuxta ordinem caritatis vita proximi praefertenda est cuidam integritati status proprii. Et vero amissio integritatis status non reddit hominem miserum, & nemo prudens ad hanc amissionem vitandam exponit se morali periculo mortis: immo hanc amissionem quilibet facile patitur ad servandam suam vitam.

Hinc tenetur sub mortali, proximo in tali necessitate subvenire cum diligendo bonorum vitam gravi, inquit Toletus; & hoc habet causam detrahens de statu tui splendore, ornato, integritate, famulorum numero, & aliis superfluis.

Resp. 3. In gravi necessitate proximi quilibet sub mortali tenetur ei subvenire de bonis statui superfluis. *Eg communis & certa sententia.* Prob. Quia 2. haec verba Christi: *Esurivi & non dedistis mihi manducare, sitivi &c.* important preceptum Eleemosynae in necessitate non extrema, sed frequentem, quam indicant famem, sitis &c. Et Christus ibi invenit multos damnatum iri ob Eleemosynam egenitatis denegatam, ideoque indicat preceptum subveniendi proximo in frequenti & satis ordinaria necessitate. Idem significat haec verba Luc. 3. *Qui habet duas tunicas, det non habenti, & qui habet escas, similiter faciat.* 2. Ex SS. Patribus. Pro omnibus tunc S. Ambros. lib. 2. Offic. cap. 3. *Grandis culpa, si sciens se fidelis egerit, si scias cum fame laborare, arumnam perpeti, praesertim si men-*

*dicare erubescat, & non adjuvet.* &c. Et S. August. tract. 5. in 1. Epist. Joan. *Esuris frater tuus, in necessitate positus est, a credendo angustatus, non habes ipse, habes in... Quid ad me pertinet, fors accis? Ego daturus sum pecuniam meam ne ille molestiam patiat? Si hoc tibi responderit cor tuum, dilectio Patris non in te manet.* 3. Quia iuxta omnes, quilibet tenetur ex caritate proximum gravi malum liberare, cum potest sine fide gravi incommodo: nam quilibet debet amare proximum sicut seipsum, & ei facere quod sibi fieri rationabiliter vellet. Non est autem grave incommodum dare superflua. 4. Nolle succurrere amico in gravi, sed solum in extrema necessitate, est per se dissoluitum amicitiae. Ergo non subvenire gravi necessitati proximi est contra caritatem proximi & Dei, cui fit & denegatur id, quod fit vel denegatur pauperi, iuxta illud Matth. 25. *Quandiu feceris uni ex his fratribus meis minimis, nihil feceris: quandiu non feceris uni de minoribus his, nec mihi feceris.*

Immo in gravi necessitate proximi quilibet tenetur ei subvenire de bonis ad integritatem status decentiam aliquatiter necessariis. Ita Suarez, Valentia, & alii communiter. Prob. tum ex 1. Joan. 3. *Qui habuerit substantiam hujus mundi, & viderit fratrem suum necessitatem habere, & claverit viscera sua ab eo: quomodo Caritas Dei manet in eo?* Tum dicit substantiam omnino superflua, sed absolute substantiam: nec dicit necessitatem extremam, sed necessitatem simpliciter. Tum quia quilibet tenetur amare proximum sicut seipsum opere & veritate; ideoque illi facere quod sibi rationabiliter vellet fieri in pari necessitate, ut jubet Christus, Matth. 7. At quilibet rationabiliter vellet malum valde gravi liberari cum aliquo incommodo alterius longe minoris, qualis est diminutio aliqua decentiae status, ut si quis de splendore conveniatis, de ornata vestitum, lautitia mensae, de suppellectili aliquid etiam notabile detrahit. Nam talis decentia in eo, non est in aliquo indivisibili; quia multis additis homo non excedit status sui conditionem; multis etiam subtractis conditio sui status decetere conservatur. Statui in hoc prudentia, arbitrio & discretione, quae docet de omnibus, ait S. Thom. in 4. dist. 15. qu. 2. art. 4. Et vero nolle pati aliquod incommodum ad liberandum a tam gravi malum proximum, non est illud amare sicut seipsum.

Porro S. Thom. sub necessitate urgenti gravem etiam comprehendit.

Hoc a fortiori intelligi debet de necessitate gravi spiritali: videlicet, cum proximus non potest sine magna difficultate salutem consequi, vitare peccatum & periculum peccandi, nisi ei subveniatur ex bonis illis, vel sustentatio suppeditetur Sacerdotibus, qui illos in spiritalibus adiuvant: nam tunc caritas obligat, ut cum aliquo damno temporali subvenias. *Qui diligit proximum, agit quantum potest, ut salvus corpore, salvusque animo sit; sed cura corporis ad sanitatem animi referenda est,* ait S. August. lib. 1. de moribus. Eccl. cap. 28.

Hinc peccant mortaleriter divites, qui tempore caritatis amant nihil de status sui splendore, ornato, & mensae lautitate detrahunt, & sicut pauperes inedia coacti, vel qui in dubio de necessitate extrema aut gravi proximi, debent diligentiam non adhibent ad veritatem indagandam: nam exponunt se per-



riculo violandi preceptum caritatis non subvertendo proximo in necessitate.

Resp. 4. Est gravis obligatio facienda Eleemosynam de superfluis vite & flatui, etiam in communium pauperum necessitate: ita communitur.

Prob. Quia 1. Scriptura preceptum Eleemosynam non restringit ad extremam & gravem necessitatem; immo hæc Christi verba, *Esurivi, sitivi &c.* important communem etiam necessitatem & quam patiuntur communitur pauperes: esurientes enim & sitis communibus pauperibus convenit. Idem significat illa, 1. ad Timot. 6. *Distribuis hujus seculi præcipue facile tribuere, communicare &c.* ideoque non expectare extremam vel gravem necessitatem ad tribuendum. Pondera has voces præcipue & facile.

2. Patres docent simpliciter superflua divinum esse pauperum, tamquam eis debita ex mandato Dei. S. Ambrosii lib. de Nabuthæ c. 11. *Non de tuo largiris pauperi, sed de suo reddis. Quod enim commune est in omnium usum datum, id solus usurpat. Omnium est terra, non dicitur.*

3. *Debitum igitur reddis, non largiris indebitum.* S. Hieron. Epist. ad Hecleb. 85. *plus habes quam tibi ad victum vestitumque necesse est, illud erga, & in illo dicitur esse te noveris.* S. August. in Palm. 147. *Superflua divinum, necessaria sunt pauperum; Res aliena possidentur, cum superflua possidentur.* S. Greg. lib. 2. pastor. c. 22. *Cum quælibet necessaria indigentibus misericordiam, sua tibi reddimus, non nostra largimur; insubstantiale debetio potius solvimus, quam misericordiam operi impleamus.* Idem docent S. Iusti. Chrysost. & S. Th. 2. 2. q. 87. art. 2. ad 11. ubi *Domini non solum decimam partem, sed etiam omnia superflua pauperibus jubet exhiberi, juxta illud Luc. 12. Quod superflua, date Eleemosynam.* Quare est divites tanquam superfluum domini respectivo ad alios homines, non tamen respectivo ad Deum, cuius sunt dispensatores, & qui illis hæc bona dedit, ut ea in pauperes impenderent. Nam juxta S. Patres laudatos, superflua impendi debent in pauperes non solum ex caritate erga proximum, sed etiam ex iustitia erga Deum, qui ea bona in hunc duntaxat finem dedit. 2. Unusquisque tenetur diligere proximum sicut seipsum, & illi facere quod sibi rationaliter vellet fieri. Matt. 7. *ut vellemus rationaliter nobis, faceremur in necessitate communi ex bonis superfluis alterius.*

4. Alioqui pauperes illi incident in necessitate gravem, immo & extremam. Item gravæ detrimentum inferretur resp. relinquendo ei totum onus alendi pauperes.

Hinc peccat mortaliter, qui ex superfluis nullatenus aut non sufficienter subvenit necessitatibus etiam communibus pauperum. Non excusantur divites, qui solum post mortem volunt relinquere bona pauperibus, quia ante mortem urge præceptum Eleemosynæ, & interim proximæ præcipitur misericordiam.

Nec citi, divitem posse reservare superflua ad se ercheidum in altiore flatum, ad quem apus est. Nam non potest, nisi satisfecerit debito caritatis, & subveniri: occurrentibus pauperum necessitatibus.

Resp. 5. Tanta Eleemosyna danda est, quantum sufficit ad levandum proximi necessitatem, ut patet ex 3. ionæ, & sine præceptum Eleemosynæ, & quidem ab uno & eodem, si possit, & alii non possunt, aut nolint dare.

Præterea observanda sunt sequentia.

1. Eadem est obligatio prestandi gratias operanti quamlibet, qua indiget pauper, v. gr. opificum, laborum, auxilium, patrocinium &c. quia eadem est ratio ac de pecunia vel alimento administrandis. S. Th. 2. 2. q. 60. art. 2.

2. Si alius adit, qui succurrit, non obligaris; nam tunc pauper non indiget esse tua. At si alibi est indigens te, non subvertitur, ut teneris: nam tunc pauper indiget tuo subsidio perinde ac si tu unus pletis opitulari. Nec requiritur evidentia omnimoda necessitatis proximi, sed sufficit, quod eam possit prudenter judicare atque, nec certo scias alium ei subventurum.

3. Prælati, Parochi, & Superiores tenentur ratione officii inquirere necessitates corporales & spirituales suorum subditorum; quia illorum curam ex officio gerere debent, & erga illos parentum vicibus funguntur. Cum præcepto divino mandatum sit omnibus, quibus animarum cura commissa est, *patrum aliarumque miserabilium personarum curam paternam gerere*, ait Concil. Trid. sess. 23. cap. 2. Alii vero non tenentur inquirere; *Non tenetur homo per mundum quærerere indigentes, quibus subveniat, sed eis, qui sibi occurrunt*, (vel quos alii de novis) misericordia opus impendere, ait S. Th. 2. 2. q. 91. art. 2.

Quæst. III. An præcepto Eleemosynæ satisfi per mutuum, usurionem, vel alium contrarium negotium?

Resp. 1. Si proximus sit tantum pauper secundum quid, hoc est, si hic & nunc careat necessariis, sed habeat alibi bona, vel spem certam ac proximam habentem ex fundo, agro, successione, vel ex industria propria &c. satisfi ei mutuum, non numerata pecunia vendendo &c. id quo indiget. Quia quibus non est absolute ac simpliciter pauper & egenus, cum indiget solum pro definito aliquo loco & tempore; nec indiget ipsa re ut gratis danda, sed solum mutatione rei. Ergo non tenentur ei dare absolute & simpliciter. Sic caritas sufficiens exerceatur erga peccatorem hic residentem, dando ei unde necessitati subveniat, cum quære restitutum cum erit in patria, ubi bona multa habet. Sic sufficit mutuari frumentum agricola novo egentem, sed uberrimam messem expectantem.

Resp. 2. Si proximus sit absolute pauper, ita ut nullibi bona habeat, nec spem proximam ac certam habendi: tunc est obligatio ei dandi necessariam gratiam & abique onere restituendi. Ita dicitur, *Palæstina, Sanchez, & alii multi. Prob. 1. Ex Luc. 14. Cum factis conviviis, voca pauperes. Et beatus eris quia non habent retribuere tibi.* Et ex exp. 22. ubi Samaritanus in exemplum debite caritatis adducitur, gratis opitulatur. 2. Quia nomine Eleemosynæ Scriptura & Patres intelligunt liberalem & absolutam donationem factam pauperi; & hæc significat verbum do, simpliciter & absolute prolatum. Enimvero, vendere, locare, mutare, nec est Eleemosynam facere; alioquin cum divites pauperibus vendunt, dicerentur eis Eleemosynam facere. 3. Patres supra citati docent, bona superflua divitem debere pauperibus. 4. Caritas exigit, ut proximo absolute & simpliciter egenti subventum modo contentum caritati, que non querit que sua sunt; & ejus miseriam absolutam levemus: absolute, ac sine ulla onere & gravamine.

Quæst.

Quæst. IV. Ex quibus bonis faciendâ est Eleemosyna?

Resp. Ex solis bonis propriis, quorum libera administratio habeatur, non ex alienis sine consensu domini. *Et communitur ex certa sententia.* Quia nemo potest donare aliquid suum non esse, vel corpus alieno si voluitur est, nisi careat propolis, & proximus in necessitate extrema veletur, in qua omnia sunt communia quoad usum. Alioqui sit iniuria domino, vel administratori. *Non probat Aristoteles, nec respicit in oblationis iniquorum.* Qui offeri sacrificium ex substantia pauperum, quasi qui victimam suam in conspectu Patris sui. Eccl. 34. *Dicit tibi Deus: Jussi ut dares, sed non de alieno. Si habes, da de tuo; si non habes quod des de tuo, melius nulli dabis, quam alteros spoliaris.* S. August. serm. 178. alias 19.

Hinc extra necessitatem extremam, 1. Familiæ & ancille non possunt ex rebus dominorum, nec filii ex parentum bonis Eleemosynas facere sine eorum consensu expresse, vel tacito, aut prudenter presumpto; cum non sint domini bonorum illorum.

2. Religiosus non beneficiatus, nec ullam habens administrationem, cui annexa sit potestas sciendi Eleemosynam, nullam potest largiri sine licentia Superioris expressa, vel tacita, qualem censetur habere sacerdos, aut in studis versans contra Monasterium, ex pecuniis ei datis, vel (ut ait S. Th.) *probabiliter presumpsi.* Quod si habeat beneficium cum plena administratione, non indiget ad hoc licentia Prælati, quia potestas, immo & obligatio ergandi Eleemosynas ex bonis sui beneficii est auctoris sui muneris. 3. Uxor non potest de bonis communibus & fructibus dotabilibus facere Eleemosynas extraordinarias sine consensu mariti, ad quem pertinet illorum administratio. Potest tamen eo invito vulgare & modicas, & spæolata facultate facere, quales solent femine ejusdem conditionis & facultatis, saltem nisi vir sufficenter largiatur; quia id censetur pertinere ad debitam uxoris sustentationem, quam præstare vir tenetur, nec circa ea est variabiliter invidius. Tutores vero & curatores possunt juxta multos, facere modicas Eleemosynas ex bonis que administrant; quia pertinet ad rectam bonorum administrationem, ut aliqd ex eis erogetur in Eleemosynam; & hoc cedit in bonum pupilli & minoris, qui contentus debent. Item minor & pupillus possunt facere eas, quas alii ejusdem conditionis & facultatis facere solent, saltem si tutor aut curator nullas ex eorum bonis fecerit: quia tutor vel curator consentire debet, & in hoc differt a filio familiaris, quod habeat dominium bonorum suorum, non maxores facultates possunt; cum non habeant liberam bonorum suorum administrationem.

CAPUT V.

De correctione fraterna.

Nota. Correctio, seu correctio fraterna est admonitio, que sui proximum ex caritate conatur revocare a peccato. Hinc differt. 1. A correptione judiciali, que fit auctoritate publica, & ad castigationem delinquentis: ad bonum commune potius ordinatur, quam ad ejus emendationem, & que

actus iustitie vindicatur. 2. A paternâ, qua superior cum auctoritate abique forma iudicii corripit delinquentem, ad eum emendandum, & ad tollendum scandalum; nam hæc topicit speciale ad id auctoritatem in faciente, nec solum ad bonum delinquentis, sed etiam ad bonum communitate ordinatur.

Quæst. I. An exat præceptum Correctionis fraternelle, & quis ac quando obligat?

Resp. Exat tale preceptum. Constat. 1. Ex Eccl. 16. *Corripit proximum, non forte iteret.* Et 1. ad Thiel. 3. *Corripite ut fratrem.* Et Matth. 18. *Si peccaverit in te frater tuus, vade, & corripie eum. Quod de omni peccato intelligendum est; ubi enim species ponitur pro genere; nam ratio cur Christus præcipit corrigere peccatorem contra nos, est quia vitam animam peccando perdidit, ut docet S. August. & patet ex his verbis: *Si te audiverit, increpavit frater tuum.* Immo multi Patres pro in te intelligitur coram te. 2. Ex c. 13. de iudic. & Patiens dist. 86. & ex Patrum ac Doctorum consensu. 3. Quia Lex caritatis obligat ad subveniendum miseriae proximi, præsertim gravi. Maxima autem miseria est peccatum; & proximus est in necessitate spiritali saltem aliquot, ob quam indiget correctione, quatenus sine ei peccatum vitare, aut ab eo resurgere non potest nisi difficultate, ob peccati nempe illecebros, & determinationem prave suæ voluntatis, vel ob ignoranciam aut inadvertentiam visibilibus. Unde correctio fraterna est moraliter necessaria, quod sufficit, ut fit in precepto, quando factus ex ea speratur.*

Resp. 2. Hoc præceptum obligat sub mortali ad corrigendum proximum de quavis culpa mortali non emendata, que est gravissimum malum: nam materia gravis est.

Secundum Cajet. Valent. Layman, & alios, obligat etiam per se loquendo ad eum corrigendum de veniali. Nam caritas exigit, ut quodvis proximi malum, quantumvis hoc loco generis exiguum, impediamus vel tollamus, saltem cum facillime & sine ulla incommodo nostro possimus: sicut obligat, ut nullum malum quantumvis leve ei inferamus. Sed hæc obligatio est solum sub veniali, ob parvitatem materie, nisi fit periculum morale, ne ex veniali sequatur mortale, vel grave scandalum, vel magnum damnum spirituale Ordini Religioso: Quare ex consensu Docto-um, Superiores Religiosorum tenentur sub mortali impellere & corrigere culpas veniales, per quas notabiliter læditur Religiose discipline vigor; quia notabilis factura disciplina, etiam per defectus leves, est grave malum Religiosis, quod Superior tenetur ex officio advertere & tollere.

Disi, *per se loquendo*, nam sepe non est obligatio respectu venialis, eo quod sapius talis correctio potius obstat quam prodest, præsertim secularibus: nisi fiat erga aliquem perfectionis sue studiosum, aut vultu familiarum, aut ab eo, qui ratione officii peculiariter curam gerere debet proximi.

Resp. 3. Hoc præceptum obligat omnes & singulos, etiam æquales, inferiores, laicos, peccatores, quando utiliter corripere possunt sine suo gravi damno. Ita communitur, cum S. Thom. 1. 2. q. 33. art. 4. Prob. 1. Ex Matth. 18. *Si peccaverit in te frater tuus, corripie eum.* Quod dirigitur ad te

Quæst.



omnem, qui proximi peccatum novit. Et ex Eccl. 17. *Mandavit unicuique de proximo suo, adjuvandum scilicet in omnibus necessitatibus tum corporalibus, tum maxime spiritualibus.* 2. Ex can. *Tam* 24. qu. 3. *Tam Sacerdotes quam reliqui Fideles omnes summam curam habere debent de his qui peccant: quatenus eorum redargutione aut corriguntur a peccatis; aut si incorrigibiles apparuerint, ab Ecclesia separentur.* Et, ex cap. 12. de heret. ubi Innoc. III. ait: *Cum aliquis se fraterem effecerit secundum regulam evangelicam.* 3. Quia hoc obligatio oritur ex caritate & misericordia, qua fitur ad elemosinam corporalem, sic etiam ad spirituales obligat omnes, qui possunt illam facere. Unde etiam subditur tenetur corrigere superiorem: nam preceptum correptionis fraternae obligat ad subvendum pro correptionem omni proximo in misericordia spirituali constituto: nec ad hoc requiritur iurisdictionis, sed sufficit conjunctio caritatis, qua ceteris paribus, debet esse major erga superiores, qui etiam saepe magis indigent, cum in majoribus obligationibus & periculis versentur; ut notat Suarez. Debent tamen corrigi seorsim, & magis obsecrando, quam arguendo, iuxta illud ad Timot. 5. *Seniores ne increpaveris, sed observa ut Patrem:* nisi ex ejus peccato periculum gravis scandali, vel fidei immineret, tunc enim publicus corripiendus est superior ad tollendum scandalum.

Porro Superiores, ut Parentes, Domini, Pastores, Praelati, ad corrigendos subditos magis obligantur ex caritate, nam caritatis ordo ille pollulat, & sunt magis idonei: tum etiam ex iustitia ratione officii, unde illud 1. Timot. 5. *Si quis suorum curam non habet, est infideli deterior.* Hinc eorum obligatio ad plures actus se extendit: id enim tenentur de eorum peccatis inquirere, ut illa corrigant, & eorum bonum spirituale promovere quantum possunt. Debent enim ipsi pervigilare, quasi rationem pro animalibus eorum reddaturi, ex Hebr. 13. Immo debent punire suos subditos, etiam si nulla sit spes emendationis, ut scandalum tollatur, & alii deterreatur, & sic bono communi provideatur.

*Resp. 4.* Ut hoc preceptum obliget, ex communi sententia, requiritur frequentia.

1. Ut proximus praesentem judicetur peccasse, vel esse in proximo periculo peccandi; alioqui temeraria esset correctio vel monitio; ad nullus actus temerarius preceptus est. Porro nemo inquirere tenetur nisi superior. Sed ut superior tenetur inquirere, sufficit suspicio, vel dubia cognitio, *ita committitur.* Quia cum tenetur ex officio vigilare super gregem suam, etiam tenetur occurrere malis dubiis.

2. Ut sit periculum ne relabatur, vel permaneat in peccato, & ut punitur non aliter facile emendandus: alioquin non esset indigna spiritualis. Ideoque nec locus elemosinæ spirituali. Preceptum autem subveniendi proximo non obligat, nisi in ejus necessitate seu indigentia.

3. Ut sit probabilis spes emendationis, ex Prov. 9. *Noli arguere derisorem.* Nam desperato sine nemo tenetur ad medium inutile; & correctio non est precepta, nisi prout conducit ad emendationem proximi, qua est ejus finis intrinsecus. Et vero tunc correctio esset imprudens: nemo autem obligari po-

test ad actum imprudenter. Ita S. Th. 2. 2. qu. 33. art. 6. ubi: *Duplex est correctio delinquentis. Una quidem pertinet ad Praelatum, quae ordinatur ad bonum commune, & habet vim coactivam. Et ratio correctio non est dimittenda, propter imbasione emendari non vult, cogendus est per poenas ut peccare desinat: tum etiam quia si incorrigibilis sit, per hoc providendum bono communi, dum servatur ordo iustitiae, & minus exemplo alii deterrantur. ... Alia est correctio fraternae, cuius finis est emendatio delinquentis, non habens coactionem, sed simplicem admonitionem, & ideo ubi probabiliter estimatur, quod peccator admonitionem non recipiat, sed ad peiora labatur, est ad huiusmodi correctione desistendum: quia ea, quae sunt ad finem, debent regulari secundum id, quod exigit ratio finis.*

Excipit nisi redargutio necessaria vel utilis sit ad honorem Dei vel famam proximi consulendum, aut scandalum alterum impediendum, ut cum quis blasphemias vel errores profert, aut detrahit proximo. Tum enim fieri debet correctio, etiam si nulla sit spes emendationis delinquentis; ne tacendo videatur approbare malum; & quia tenetur iurare Deo, & grave malum proximi impedire cum potes. At tunc non erit stricte correctio fraternae peccantis, sed alius actus caritatis Deo vel alteri proximo debitus.

Porro non est omittenda correctio propter aliquam existitiam delinquentis, vel etiam iram cum aliqua levi culpa, si tandem speretur emendatio. Quia hoc per accidens sequuntur: ad ad impediendum majus malum permitti possunt. Item correctio fieri debet, si decursu temporis, licet non statim, fructus speratur. Ita S. August. Epist. 10. alias 82.

4. Ut non adit alter magis idoneus, vel dignitate aut estate superior, qui commodius possit & velle corrigere: nam tunc peccans non indiget tua correctione. Quod si ille tertius aptior nostris, tenetur perinde ac si tu unus es, qui posses corrigere: nam tunc tua correctio peccans indiget.

5. Ut opportuno tempore fiat, quomodo scilicet fructus probabiliter sperari potest: nam aliqui non proficiunt, sed potius obesse. Præterea, ut ait S. Th. q. 33. art. 2. *Actus virtuosus non quolibet modo fieri debet, sed observatis debitis circumstantiis, quae requiruntur ad hoc, quod sit actus virtuosus, ut scilicet fiat ubi debet, & quando debet, secundum quod debet.* Quare non semper faciendum est statim atque peccatum cognitum est.

*Sed quid si dubitatur, si ne profutura Correctio?*

*Resp.* Si de fructu dubites, & simul certo scias obluturam non esse, tenetur corrigere, quia sicut in morbo corporali, ita & in spirituali, remedium quod non est obfuturum, adhiberi debet in dubio, an sit profuturum, si nullum certius alius: & quia adest materia correctionis, & fieri potest ut obtineatur ejus finis. Si vero dubites, non modo fit ne profutura correctio, sed etiam num fit nocitura, eam omittere debes; quia cum correctio ad emendationem ordinatur, non obligat non debet, cum tunc imminet peccatum proximi ac ejus emendatio. Excipit, nisi alii qui mortuus est in mortali: nam tunc etiam in dubio de peccato mortali, ipse admonendus est, ne proximus damnatur in aeternum.

Quart.

Quest. II. *An corripiendus est, qui peccat ex ignorantia?*

*Resp.* Corripiendus est, & docendus. 1. Si ignorantia fit culpabilis, quia est in gravi miseria spirituali, cum hac ignorantia fit peccatum, nec excusetur a peccato. 2. Si male agat ex ignorantia in vincibilis juris naturalis, vel etiam positivi humani quando fructus speratur. Quia talis ignorantia est magnum quoddam proximi malum ac miseria, & varia incommoda afferre potest, ut scandalum, habitum pravum &c. immo & periculum postea peccandi formaliter: nam fœpe contingit ignorantiam fieri vincibilem ex invincibilis, ideoque non amplius excusare a culpa. Præterea id exigit studium ac reverentia legis, cuius violatio facile impeditur potest. Et multo magis, si ex illa ignorantia oriatur scandalum, vel irreverentia Dei, aut religionis, aut damnatum tertii; ut si quis rem alienam bona fide retineret. 3. Si fit invincibilis ignorantia mediis necessarii ad salutem, quia talis ignorantia conjuncta est cum evidenti periculo damnationis.

Quest. III. *Quis ordo correctionis fraternae servandus est?*

*Resp.* Per se loquendo servari debet, secundum omnes, ordo a Christo preceptus, scilicet ut proximus corripiatur primum secreto; deinde coram uno aut duobus alii, si secreta monitio non profuerit; tum vero res ad Praelatum Ecclesiae seu Superiorem deferatur, Matth. 18. *Corripite eum inter te & ipsum solum. ... Si te non audierit, adhibe secum adhuc unum vel duos. ... Quod si non audierit eos, dic Ecclesiae.* Quia dicit ordo est precepti cum positivi, nam hac verba adhibe, dicit, tam preceptum sonant, quam illud corripere: & Christus eodem tenore verborum substantiam precepti & ordinem in ejus executione servandum statuit: tum etiam naturalis, nam lex naturalis præcipit ut proximum corrigamus sine detrimento illius famæ, si fieri possit; vel certe cum minimo quod sufficit ad correctionem, si sine aliquo fieri nequeat correctio. Neque enim licet proximi famam laedere sine necessitate. Igitur si sufficit secreta monitio, non licet adhibere testes; si testes non sufficiunt, defendendum est peccatum ad Superiorem, qui pro sua auctoritate tempore potest peccatum, quod nequeat, neque testes coeque potuisset.

*Dicit; per se loquendo.* Nam cum preceptum hoc sit affirmativum, non obligat pro omni tempore, sed quando caritas & recta ratio dicat. Unde hi casus ab omnibus excipiuntur in quibus peccatum proximi statim defendendum est superiori.

1. Quando peccatum proximi est ita publicum, ut non censetur infamari per denuntiationem factam immediate superiori. Nam tunc cessat ratio servandi famam; & tunc non solum emendatio fratris, sed etiam reparatio scandalum per punitionem procuranda est. Ita S. Th. in 4. dist. 19. q. 2. art. 2. addens: *Si autem nondum in publicum devenit, sed est in via deveniendi, tunc etiam denuntiationem est, ut scandalum finitro occurratur.*

2. Quando peccatum, est occultum, cedit in damnatum communitatis, ut prodition, hæresis que ut cancer ferpit, falsificatio monetae, veneficium &c. & non constat impeditum iri per secretam monitionem, ita S. Th. 2. 2. q. 33. art. 7. Nam bonum

commune preferendum est privato, & illi sufficienter providendum, etiam cum infamia nocentis. Item si peccatum eorum in grave damnatum tertii perveniat; ut si quis furdam gravem vel necem atque machinetur, ad turpia sollicitet &c. nisi confiter hoc malum impeditum iri per secretam monitionem, ex c. 4. de jur. Quia secundum ordinem caritatis præferri debet innocens nocenti voluntarie laedenti. Quaedam peccata occulta sunt, quae sunt in nocentium peccatorum, vel corporale, vel spirituale. ... & quia ille qui sic occulte peccat, non solum in se peccat, sed etiam in alios; oportet hanc sim procedere ad denuntiationem, aut huiusmodi nocumentum impediatur: nisi forte aliquis firmiter existimaret, quod statim per secretam admonitionem posset huiusmodi mala impedire. S. Th. 2. 2. qu. 43. art. 7.

3. Quando prudenter judicatur non profutura tua monitio, nec aliorum inferiorum. Nam tunc duo priores actus essent inutiles; & proximum tunc eget correptione superioris ut patris, cui tunc revelatur ut singulari persone, qua tenet locum testis idonei; & que magis potest proficere quam alii. S. Th. qu. 23. art. 9. ad 2. & caritas exigit ut bonum spirituale præferatur famæ.

4. Si alter satisfactorem tibi debitam denegerit, tunc potes illum petere a superiore: quia jure tuo uteris.

5. Quando proximus cessavit quod habet, ut defectus & peccata denuntietur superiori, non premissa monitionis secreta, ut sit in nostra Societate. Nam prout potest juri ac favori suo renunciare, c. 6. de priv. nisi illi vergat in aliorum damnationem. Ordo autem correptionis fraternae in peccatis favore constitutus est, & fundatur in jure famæ, cuius jusque dominus est. Porro non licet delictum grave subditi perfecte emendatum sine relapsu periculo deferre superiori: quia sine causa subditi apud Superiorem infamaretur.

Ex dictis sequitur cum peccare mortaliter, 1. Qui ex timore, ne proximus offendantur, & ne ipse inde aliquod leve damnatum patiatur, omittit in re gravi correctionem, quam putat profuturam. 2. Qui sine justa causa non servat orationem a Christo preceptam. 3. Qui corripit vel denuntiat non ex caritate, ut proximus emendetur, sed ex odio gravi, ut confundatur, ac deprimitur.

C A P U T V I

De peccatis Caritatis specialiter oppositis.

**N**Ota. Licet omnia peccata caritatis generaliter adveniant, & ideo quodvis mortale ejus habitum destruat: sunt tamen quae illi specialiter opponuntur, & directe puniunt contra ejus actus: Quales sunt odium, aecidia, invidia, & discordia, contentio, schisma, rixa, seditio, bellum, & scandalum: quae sunt mortalia ex genere suo, cum directe ac specialiter opponantur caritati, & excludant a regno Dei, ad Gal. 5.

5. I. De Odio Dei, & proximi.

Quest. I. **Q**uid est odium? *Resp.* Odium est averso objecti. Duplex



plex est, unum inimicitia, quo alicui persona ex eius diffidentia volumus malum, quatenus eius malum est; alterum abominations, quo rem vel personam averfam ad malam praeclit, vel ut malam nobis aut alii.

Quest. II. Quale peccatum est odium Dei?

Resp. Odiu odium inimicitiae erga Deum est peccatum omnium gravissimum, quia per se immediate, directe & formaliter averrit a Deo, & opponitur directe alicui caritati Dei, qui est alius omnium presentissimus, & eius habitus. Nam ex Aristotele, illud est pessimum, quod optimo est contrarium. Item omne odium abominations erga Deum est intrinsece malum & mortale: quia est gravior injuriolum Deo, quasi in eum cadere possit aliqua malitia, vel defectus seu ratio, ob quam averfio dignus sit; cum tamen Deus sit essentialiter in omni ratione infinitus bonus, & perfectus.

Hinc gravissimum scelus est optare, ut Deus non sit, ut careat aliqua perfectione, v. gr. scientia, iustitia, omnipotentia &c. aut de illa dolere. Item gaudere de offensa Dei ut tali &c.

Quest. III. Quale peccatum est odium proximi?

Resp. Odium inimicitiae erga proximum est peccatum mortale ex genere suo. Nam directe opponitur caritati proximi, & graviter prohibetur praecepto diligendi proximum, ex Joan. 3. Qui non diligit, manet in morte. Omnis qui odit fratrem suum, homicida est; & scitis quoniam omnis homicida non habet vitam aeternam in semetipso manentem. Potest tamen esse veniale ex levitate materiae, ut si ex levi diffidentia persone leve malum optetur.

Aliud est odio Dei, quod semper est mortale, nec admittit levitatem materiae, cum vel levissimum malum Deo optare sit Deo graviter iniuriolum, quasi in eo reperitur aliqua ratio aversionis.

Odium vero abominations erga proximum, si sine iusta causa & inordinatae concipiatur, est culpa gravis vel levis pro gravitate vel levitate materiae. Interdum tamen culpa vacat, & est laudabile, tum scilicet non aversatur caritati, sed peccat ex amore benevolentiae erga Deum, vel eum, quem sic aversamur, aut alterum proximum, servato ordine debito caritati; ut cum quis aversatur peccatorem non qua homo est, sed qua peccator est, seu quod peccator sit, in eo averlandi eius peccatum, ut eius malum est, iuxta illud Prov. 23. Abominatur ut quivium impium. Nam licet odisse nil aliud est quam odisse peccatum in ipso; & tale odium coniunctum est cum caritate, qua eidem volumus salutare & eius media, ac alia bona, quibus indiget.

Quest. IV. An semper est peccatum optare malum proximo, vel de eo gaudere?

Resp. 1. Nunquam licet optare & imprecari malum proximo, quatenus eius malum est, vel gaudere de eius malo ut tali, vel dolere de eius bono, ut eius bonum est. Ita omnes. Quia haec sunt actus odii & inimicitiae, & repugnant caritati, illaeque sunt mortalia ex genere suo, nec possunt esse venialia, nisi ob defectum sufficientis advertentiae, vel ob levitatem mali optati.

Item non licet optare etiam inefficaciter malum proximi, quatenus non ut malum illius, aut gaudere de eo est inculpate admittitur, vel dolere de eius bono, quatenus non ex diffidentia persone, sed precise propter bonum minus nostrum, vel alterius

proximi. Quia hi actus repugnant debito ordini caritatis; ex quo tenetur bonum proximi maius, & alicuius ordinis praesere nostro minori, & inferioris ordinis. Idque constat ex his propositionibus ab Innoc. XI. damnatis 13. Si cum debita moderazione factas, poterit aliquis peccatum mortale de vita alicuius trahere, vel de illius morte naturali gaudere, illius inefficaciter affectu petere, & desiderare non quidem ex diffidentia persone, sed ob aliquod temporale emolumentum, 14. Scitum est absolutum desiderio cupere mortem patris, non quidem ut malum patris; sed ut bonum cupientis, quia nimirum ei conveniret ut pinguis hereditas, 15. Scitum est scilicet gaudere de parricidio & se in obprobrium perpetrare propter ingentes divitias inde ex hereditate consecutis.

Resp. 2. Ex S. Th. 1.3. dist. 33. art. 4. Quia caritas ordinem habet, & plus debet diligere quod de se, quam alium, & propinquos quam extraneos, & amicos quam inimicos, & bonum commune multorum quam bonum privatum: potest aliquis salva caritate optare malum temporale alicui, & gaudere si contingit, non in quantum est malum illius, sed in quantum est impedimentum malorum alterius, quem quis tenetur diligere, vel communitatis aut Ecclesiae. Similiter de malo temporali eius, secundum quod per malum penae impeditur frequenter malum culpae eius.

Igitur 1. Licet desiderare affectu inefficaci aliquid malum temporale alteri, v. gr. morbum, & de illo gaudere precise propter eius bonum spirituale, v. gr. ut peccata desinat, & respiciatur quia secundum ordinem caritatis, bonum spirituale peccatorum.

2. Licet sic optare mortem iuste obventuram hereticarum vel malefactorum Resp. noxio, & de ea gaudere, non quatenus ipsius malum est, sed quatenus per illam mortem maiora mala impediuntur, & ob multorum bonum, quod praeservandum est bono unius privati.

3. Licet optas victoriam de hostibus in bello iusto, vel iuratum exitium ob ingens bonum iustum tuum communitatis, vel Ecclesiae. Quia bonum Ecclesiae vel communitatis tuae praesere debes bono alicuius communitatis.

4. Licet optare malefactori penam meritam per iudicem iungendum, vel ut ipse aut alii coercerentur ab iniuria inferenda tibi aut aliis; non hoc est contentum caritati; vel quia expedit Resp. & bono communi, nam est actus pietatis erga Respublicam, vel ut ius lesum resarciatur, nam est actus iustitiae. At, ut dixi, nunquam licet optare alius vel sibi maius malum ad vitandum minus, quia hoc est contra debitum ordinem caritatis. Hinc peccant mortaliter qui sibi mortem deliberate optant ex gravi impatientia, ad vitandas aliquas leves molestias.

Quest. V. Quid dicendum de maledictione?

Resp. 1. Ex dictis constat esse mortale, proferre maledictionem gravem ex animo ut malum grave eveniat, v. gr. Diabulus te rapiat. Utinam motus sis &c. Immo sibi vel aliis malum grave ex ira imprecari, quatenus sine animo ut eveniat, saepe mortale est, si ratione contumeliae gravis, imprecatur persone qualitate, si ratione scandalii. Si parentes graviter peccant liberis suis praesentibus grave malum optent ex ira imprecando: nam suo exemplo

plio eos docent sibi invicem, vel aliis malum grave imprecari, & ira servire. Nec a mortali excusatur, qui, durante passione, grave malum evenire deliberate voluit, est istam poesta noluisse, immo dolisset, si evenisset qui reverte passiois ira deliberate consentit in re gravi. Item mortale est scilicet ex ira deliberate demum devovere, ob soditatem ac perveritatem vel. Contingit tamen verbum maledictionis prolatum, esse peccatum veniale, vel propter parvitatem mali, quod quis alteri maledicendo imprecatur, vel etiam propter affectum eius qui proferit maledictionis verba, dum ex levi motu, vel ex iudo, aut ex subreptione aliqua talia verba profert: quia peccata verborum, maxime ex affectu pensantur. S. Thom. 2. 2. q. 76. art. 3. Hinc contentus maledictionem interrogari debet, an ex animo malum grave sibi, vel alicui imprecatur fuerit, an cum scandalo vel contumelia, & quale malum in specie optaverit; nam maledictiones sunt diversae speciei, pro diversitate malorum optatorum; actus enim voluntatis mali sumunt speciem ejus ob objecto materiali.

Resp. 2. Maledictio gravis effusa in non subdum presentem, non solum caritati, sed etiam iustitiae repugnat. Nam est etiam gravis & iniusta levis hominis proximi, vel contumelia, ideoque obligat ad satisfactionem.

Nota. Maledicere creaturis irrationalibus, quatenus sunt utiles homini, est aequivalenter maledicere homini. Maledicere illis in quantum sunt creaturae Dei, est blasphemia. Maledicere vero eis secundum se consideratis est orisum & vanum, & per consequens illicitum. Ita S. Thom. qu. 76. art. 2. Hoc tamen ultimum censetur solum veniale pro se, ut si tuiticus equis fuit mortem vel diabolum optet.

X. II. De discordia, contentione, schismate, rixa, & seditione.

Discordia est dissensio voluntatis a voluntate alterius in his, quae quis tenetur velle ex caritate Dei vel proximi. Opponitur concordiae, quae consistit in voluntarium consensione. Ergo peccatum mortale ex genere suo, ex Gal. 5. ubi diffensionem numerantur inter opera carnis, de quibus sibi dicitur: Quae talia aequi regnum Dei non consequentur. Tum quia Prov. 4. Deus detestatur eum, qui seminat inter fratres discordias. Tum quia specialiter opponitur caritati, cuius est voluntatis unire. Sed ad hoc requiritur, ut scilicet quis dissentiat a bono Dei vel proximi, in quo debet consentire, ut docet S. Th. q. 47. art. 2. addens non esse peccatum discordiae, cum unus astringat hoc esse bonum, & pertinere ad honorem Dei, vel utilitatem proximi, alius autem habet contrariam opinionem; nisi huiusmodi discordia sit cum errore circa ea, quae sunt de fide aut necessitate salutis, vel pertinet ad indebita adhibeantur.

II. Contentio est altercatio verborum, quibus inordinate quis alteri contradicit. Est peccatum mortale ex genere suo, sicut alia, quae sunt contra caritatem. Unde ad Gal. 5. Contentiones numerantur inter opera carnis excludentia a regno Dei. Contentio autem semper est immortalis. Si impugnetur veritas ad fidem, bonos mores, pietatem, & iusti-

tiam, vel grave bonum proximi spectans. Si tamen veritas non impugnetur serio, sed solum exercitio cauta, ad illustrandum explicandum veritatem, vel ad explodendam doctrinam alterius, peccatum scandaloso & modo inordinato, non est peccatum. 2. Si contentio fiat cum periculo scandalii, vel cum gravibus maledictis, contumeliis. Est autem solum veniale, scilicet conviciis ac scandalo, si materia sit levis vel inordinatio sit solum in modo, v. gr. si solum fiat cum nimia acrimonia, clamoribus, aut ex solo studio vincendi adversarium.

III. Schisma est voluntaria separatio baptizati ab unitate Ecclesiae: sive est subradialio ab obedientia Ecclesiae, vel Summi Pontificis eius capitis in spiritualibus; vel etiam separatio voluntaria a solis ministris Ecclesiae. De hoc vide ait S. Th. q. 39. art. 1. Est speciale peccatum, ex eo quod intendit se ab unitate separare, quam caritas facit, non solum alterum altero nisi spiritualis dilectionis vinculo, sed etiam totam Ecclesiam in unitate spiritus. Et ideo propter Schismatis dicitur, qui propterea fonte & intentione se ab unitate Ecclesiae separavit. Ecclesia autem unitas in duobus attenditur, scilicet in connectione membrorum Ecclesiae ad invicem, seu communicatione, & tunc in ordine omnium membrorum Ecclesiae ad unum caput, scilicet Christum, cuius vicem in Ecclesia gerit Summus Pontifex. Et ideo Schismatici dicuntur, qui subesse renuntiant Summo Pontifici, & qui membris Ecclesiae Dei subiectis communicare recusant.

Schisma aliud est purum, quod caritati solum & paci ac obedientiae opponitur, nec est in his, qui cum credant unam esse Sanctam Ecclesiam sub viibili capite Romano Pontifice constitutam, & quidquid Ecclesia Romana credit, tamen ex malitia voluntatis, seu superbia, nolunt cum quadam rebellionem Pape subesse obedire, vel reliquis Ecclesiae membris uniti esse. Et aliud cum schismate conjunctionum, ut cum quis se separat ab obedientia Pape, quia non credit eius potestatem, ait Toletus.

Porro omnes heretici sunt etiam Schismatici, cum ab unitate Ecclesiae se separant, contrariam doctrinam sectando. Schismaticum esse, qui non a Pape, nec ab universis Ecclesiae membris, sed solum a suo Episcopo Pape unito & vere subiecto, se separat, vel etiam a populo fidelibus membris illius diocesis, docent Bellarminus, Valentia, & alii, ex S. Cypriano, in eius Scire q. 9. 1. Quia hic etiam implicat, & indirecte se separat a Summo Pontifice ac reliquis Ecclesiae membris, quatenus Episcopus, eiusque subditi habent subordinationem & connectionem cum Papa & aliis Ecclesiae membris, ut quadam pars cum suo capite, ac reliquis eiusdem corporis partibus. Sic manus a brachio separata, hoc ipso etiam separatur a capite & a toto corpore.

Est autem Schisma gravissimum scelus, ut constat ex Patribus, cum ledat praecelerrimum quoddam bonum commune, nempe ipsam Ecclesiam unitatem. Quisquis ab hac Catholica Ecclesia fuerit separatus, quantumlibet laudabiliter se vivere existimet, hoc solo scelere quod a christianitate disjungit, est, non habebit vitam, sed ira Dei manet super eum.



ait S. August. cum multis aliis Episcopis in ep. 52. quae est Concilii Zertensis.

IV. Rixa est pugna manuum & verborum inter privatos, cum scilicet aliqui ex ira invicem sepeccentur auctoritate privata. In aggressore est peccatum mortale ex genere suo, cum sit contra caritatem & justitiam, & ad Gal. 5. Rixae manentur inter opera carnis excludenda a regno Dei. In eo autem, qui se defendit, potest esse sine peccato, & quandoque cum peccato veniali, & quandoque cum mortali secundum diversum motum animi ejus, & diversum modum se defendendi. Nam si solo animo repellat injuriam illatam, & cum debita moderatione se defendat, non est peccatum, nec proprie potest dici Rixa ex parte ejus. Si vero cum animo vindictae vel odii, vel cum excessu debite moderationis se defendat, semper est peccatum; sed veniale quidem, quando aliquis levis motu calli vel vindictae se immiscet, vel cum multum non excedit moderatam defensionem: mortale autem, quando confirmato animo in impugnantem insurgit ad eum occidendum, vel eum graviter laedendum. S. Th. 2. 2. q. 41. art. 2.

V. Seditio est bellum aggressivum unius partis Reip. adversus aliam, vel adversus principem suum. Est semper mortalis, nam semper graviter adversari unitati, paci, ac bono communi, & etiam justitiae, cum auctoritas bellandi residet in solo principe, vel Rep. libera.

§. III. De Bello.

Quest. I. An bellum etiam offensivum potest esse licitum? (1)

Resp. Affirm. Quia 1. Luc. 3. S. Joan. Bapt. rogatus a militibus quid sibi ad salutem esset agendum, non jussit ut militiam desererent, sed ne quemquam concuterent. 2. Deus, Deut. 23. Leges belli gerendi dedit. 3. Principi summo & Reip. liberae licet jus suum tueri ac repetere. Cum autem careant superiore, a quo jus suum obtinere possunt, debuit iis jure naturae competere potestas ad jus sibi dicendum, & cogendam partem adversam ad sibi satisfaciendum: alioqui non posset communitas perfecta in pace conservari. De defensione per se patet, cum jure naturae unicuique liceat injustum vim vi repellere cum debita moderatione.

Quest. II. Quenam requiruntur in Bellum sit licitum?

Resp. Ex S. August. l. 22. contra Faustum c. 74. & 75. ex S. Th. 2. 2. q. 40. & communi Doctorum sententia, haec tria:

1. Potestas suprema, quae residet vel in Rep. libera, vel in Principe supremo, cui cura Reip. commissa est. Nam qui habent superiorem, & possunt ejus auctoritatem implorare ad injurias compensationem, & sic bellum non potest esse eis licitum.

2. Causa justa, quae est dumtaxat gravissima injuria Principi vel subditi illata, quam tollere, vel pro ea satisfacere pars adversa tenetur. Ex S. Au-

gustin. in c. Dominus, 23. q. 2. ibi: *Bella justa defugiri solent, quae ulciscuntur injurias, si quae genti vel civitati, quae bello petenda est, vel vindicare neglexerit, quod a suis improbe factum est, vel reddere quod per injuriam aliarum est.* Nam caritas & justitia exigunt, ut sine gravissima & necessaria causa non inferantur illis gravissima damna, quae sunt in bello. Quod si majora incommoda, quam commoda praesentim respective ad honorem Dei & bonum religionis catholicae securata praevideantur, a bello abstinendum est: quia secundum debitum ordinem rerum & caritatis, honor Dei, bonum Ecclesiae, salus aeterna proximi praeseri debent bono temporali status politici.

3. Recta intentio, ut non geratur bellum ex odio, avaritia inordinata, cupiditate amplificandi imperii, sed ad publicam quietem ac justitiam servandam, vel ad opitulandum injuste oppressis.

Porro licet etiam aliis tanquam sociis auxilium praebere Principi habenti justam causam bellandi, & huic uti aliorum auxilio, quamvis sint diversae religionis, modo absit scandalum & periculum Fidei ac saeculorum, sicut Judas Machabaeus fecit cum Romanis iniri, 2. Mach. 8. Nam, per se loquendo, licet alium in re justa juvare. At non licet in bello etiam justo advocare infideles & haereticos in auxilium, vel iis opem ferre, quando ad est periculum scandalum, saeculorum, & incrementum haereseos, & detrimentum verae religionis. Quia salus aeterna proximi, & praesentim multorum, praesertim est cultus bono temporali; & Principes tenentur supra omnia Christo servire; cuiusque regnum, quod est Ecclesia catholica, quam sanguine suo acquisivit, quantum possunt, integrum conservare, immo & amplificare. Major vobis Fidei causa debet esse quam regni, ampliusque pro parte Ecclesiarum clientela vestra debet esse sollicita, quam pro omnia securitate terrarum. Subsequentur enim omnia prospera, si primitus qua sunt Deo cariora serventur. pro vestri enim imperii salute geritur, quidquid pro quiete Ecclesiae, vel sanctae religionis observantia laboratur, ait S. Celsus in l. 1. epist. ad Theodot. Imperi in actis Concil. Ephes.

Ceterum quamvis non possit dari bellum utriusque justum ex natura rei, cur circa idem non possit esse jura contraria; fieri tamen potest, ut neutra pars peccet bellando, ob ignorantiam invincibilem.

Quest. III. Quenam ante bellum & in ipso bello fieri debent, ac licent?

Resp. 1. Ante bellum tenetur Princeps rem diligenter examinare cum vitis probis ac peritis, & habere certitudinem saltem moralem de justitia causae. Nam cum ex bello gravissima sequantur mala ac incommoda, etiam innocentibus; caritas & justitia exigunt, ut non inferantur, nisi plane constet de causa justa & sufficienti. Et vero si non licet hominem privatum in dubia causa punire, multo minus licet multos & rotam Rep. Quod si justitia sit dubia, & alter sit in possessione, certe injuriam

(1) Vid. XIV. de Beatif. Serv. Dei lib. 5. cap. 36. num. 16. 17. ac Seraphicum Com. in 5. 3. Luc. 40. in Spec. Anim. c. 2.

sum est bellare, quia in dubio melior est conditio possidentis. Deinde tenetur parti adversae justitiam causae & suas praetensiones proponere, ut illa possit satisfacere injuriae illatae, vel restituere oblata sine alio damno: nam bellum sine necessitate geri licite nequit, propter ingentia mala, quae cum eo conjuncta esse solent. Ex S. August. in cap. Noli, qu. 1. *Pacem habere debet voluntas, bellum nec cessitas.* Hinc aequa satisfactio oblata acceptari debet, alioqui bellum sine justa causa & necessitate fieret.

Resp. 2. In bello justa licita sunt ea omnia & sola, quae juxta consuetudinem christianorum necessaria sunt ad assequendum finem belli, scilicet vel ad recuperandam injuste ablata, vel injuriam juste vindicandam, & ad securitatem Reip. stabilendam. Nam cum finis licitus sit, licita sunt etiam media per se ad illum necessaria, non autem alia, quae proximo nocent, cum nemini sine justa causa damnum inferre liceat.

Hinc 1. Licet occidere hostes pugnantes & resistentes, non tamen innocentes, qui non pugnant, ut sunt clerici, senes, mulieres, pueri, infirmos, opifices &c. quamvis sint partes Reip. hostilis; quia nunquam licet directe occidere innocentes. Neque enim Reip. potest puniri in suis membris, nisi secundum id quod ejus dominio subest, qualis non est vita civium, indirecte tamen, & per accidens possunt interficere, ut cum urbs expugnari, vel nocentes seu milites vinci nequeunt, nisi cum periculo & occisione innocentium. Quia bonum publicum, quod ex victoria speratur, est majus bonum quam vita aliquorum, quorum mors praeter intentionem sequitur. Et alioqui non posset contra nocentes bellum geri, & sic causa bellantium frustra esset jura.

2. Licet spoliare bonis civis esse non pugnantes, qui sunt membra Reip. hostilis, si hoc necessarium sit ad finem belli. Quia cum sint pars Reip. ipsa juste puniuntur in illis, & debilitatur privatione bonorum, quae ejus dominio subijciuntur.

3. Licet uti invidiis & stratagematibus ex Iosepho c. 8. & c. Dominus supra cit. quia non sunt mendacia, sed occultatio veritatis.

4. Civitas capta dari sine gravi necessitate non potest in praedam, propter multa scelera & mala, quae in tali depraedatione a militibus committi solent. Et si datur, tenentur duces diligentissime curare, ne scelera committantur.

5. Ea, quae caveri nulla prudentia possunt, ut veneno inficere pueros, aquas, glandes, non licent, quia sunt contra jura belli & gloriam. Item christianitas a christianis capta non possunt fieri servi; nam id ex consuetudine gentis christianae receptum est, in honorem religionis christianae, & libertatis quam per Christum consecuti sumus, unde esset contra jus gentis christianae.

6. Non licet victori retinere urbes captas, & alia bona immobilia hostium, nisi quatenus debita compensationem vel satisfactionem non excedunt, vel necessaria sunt ad securitatem in posterum contra victos stabilendam. Nam compensatio debet esse commensurata debito, & parva culpa, alioqui est injusta.

7. Princeps tenetur inchoatum bellum finire, si aequa satisfactio offeratur, securitas sufficiens praestatur, & compensatur impense belli; quia tunc cessat causa continendi belli: quod proinde jam foret illicitum.

8. Jure naturali nihil fieri licet contra justitiam, jus gentium, fortitudinem, caritatem, & veram religionem. Et fides data hostibus servanda est, ex S. August. in cap. Noli. Nam haec obligat jure naturali & gentium; & hoc necessarium est ad pacem ac bonum commune regnorum. Nam si fecerit publica inter regna & principes non obligarent, nec necessario servanda essent, nulla pax aut societas inter gentes humanam consistere posset. Quod intellige, nisi hostes ipsi humum fregerint: nam tunc est quaedam compensatio, & pacta censentur fieri sub hac conditione, si alter promissis steterit, nec fidem fregerit.

Resp. 3. Tenetur Princeps & ejus duces militibus justa stipendia solvere, & impedire omnia crimina, quae impedire moraliter possunt, curareque ne proprii subditi iniquis vexationibus graventur; alioqui tenentur ad compensationem damnae factae ex omissione solutionis, vel diligeniae debite, cum finem eorum causa contra proprium officium & justitiam.

Resp. 4. Tenetur Princeps & ejus duces militibus justa stipendia solvere, & impedire omnia crimina, quae impedire moraliter possunt, curareque ne proprii subditi iniquis vexationibus graventur; alioqui tenentur ad compensationem damnae factae ex omissione solutionis, vel diligeniae debite, cum finem eorum causa contra proprium officium & justitiam.

Resp. 5. Ex communi sententia bona iusto bello capta, si sint immobilia, cedunt Principi aut Reip. si mobilia sunt capientium, nisi ex consuetudine regionis ea dividenda sint inter milites, aut una pars cedat Principi. Tamen bona injuste acquisita ab hostibus, restitui debent eorum dominis, ex l. 2. c. 6. de captivis cum jus habant in illa, nec sint hostium.

Quest. IV. An Reip. licite sum?

Resp. Affirm. Potest certis conditionibus. Quia auctoritate publica usurpari possunt per compensationem bona subjecta dominio Reip. quae in culpa est, dum non procurat restitutionem injuria a suis membris illatae alteri Reip. civibus. Sed haec conditiones requiruntur. 1. Ut constet de injuria illata. 2. Ut Princeps vel magistratus civium nocentium rogatus debita satisfactionem denegat. 3. Ut fiant auctoritate Principis civium laesorum. 4. Ne plus damni inferatur quam justa satisfactio requirit. 5. Ut non fiant in personas Ecclesiasticas, & earum bona, cap. un. de injur. in 6.

§. IV. De Scandalo.

Quest. I. Quid est Scandalum?

Resp. 1. Generatim duplex est, nempe activum & passivum. Scandalum activum est dictum, vel factum minus rectum, & praebens alteri occasionem peccandi. Sub dicto vel facto comprehenditur etiam omnisio externa: nam qui omittit agere, vel loqui quod debet, aliis est scandalum.

Dicitur minus rectum, hoc est, quod vel malum est, ut, si turpia loquaris coram a dolescente: vel mali speciem habet, ut si mulierem suspensam domui tuae aleres, licet cum ea nec peccares, nec periculum tibi esset cum ea peccandi; aut si iusta de causa, coram aliis eam ignorantibus, comedas carnes die vetito. Unde illud 2. ad Thess. 5. *Ab omni specie mala abstinete vos.*

2. Scandalum passivum est ipsa turpia seu peccatum



proximi; ex occasione facti vel dicti, vel omissionis alterius committitur. Dividitur in scandalum pusillum seu infirmorum, quod oritur ex ignorantia vel infirmitate peccantis; & in pharisaicum seu mere acceptum, quod oritur ex ipsa malitia peccantis. Sic vocatur, quia pharisei ex insigni malitia occasione peccandi ex fastidiosis Christi dictis & factis sumebant.

Quaest. II. An scandalum est speciale peccatum? Resp. 1. Dare scandalum directe, inducendo scilicet proximum ad peccandum, est non ex intentione expressa ut peccet & pereat, sicut facit daemon, sed propter utilitatem vel voluptatem aliquam propriam, aut alienam, est peccatum speciale contra caritatem. Nam Lex caritatis in Deum & proximum vetat ne offensam Dei & malum spirituum proximi quovis modo procuremus. Praeterea hoc directe opponitur precepto correctionis fratrum, cum fiat contraria revocare proximum a peccato, & eum in illud inducere.

Immo talis indolus habet duplicem malitiam in confessione exprimentam, unam contra caritatem, & alteram contra virtutem, cui repugnat opus illud malum; nam singulae virtutes obligant directe ad suos actus elicendos, & indirecte ad non procurandum sui violationem in aliis. Praeterea induens consentit peccato, ad quod inducit: Ergo illius reus est: nam ex Rom. 2. eadem poena aeterna digni sunt qui faciunt, & qui consentiunt factientibus.

Hinc 1. nunquam licet perire ab alio vel ei suadere id quod ipse non potest sine culpa praestare, nam hoc esset inducere in peccatum.

2. Qui feminam inducit ad fornicationem, peccat tum contra castitatem, tum etiam contra caritatem: cum sit ei causa ruinae; unde haec circumstantia inductionis in confessione explicanda est. Idque etiam ipsa fuerit parata ad malum: nam non est ille & nunc in actuali voluntate peccandi; sed solum in habituali; unde sine sua inductione hic & nunc non committeret hoc peccatum.

3. Consilium primum specificatur a peccato, quod consistit, & est etiam contra caritatem.

4. Landans alium de peccato commisso, vel vituperans quod non commiserit, tenetur explicare speciem peccati, circa quod fit laus, vel vituperium. Nam illic laudes vel vituperia sunt exhortationes ex se ordinate ac apte ad inducendum in peccatum, & ad complacentiam de illo, si commissum est: quare fornicat ab illo suam specialem malitiam tanquam ab objecto.

Resp. 2. Dare scandalum indirecte tantum, non intendendo peccatum alterius, nec ad illud inducendum, sed praesertim faciendo vel dicendo coram illo aliquid malum, vel mali speciem habens, est peccatum mortale ex genere suo, & speciale contra caritatem. Ita S. Antonius, Navar. Suarez, Valencia, & alii multi. Prob. 1. Ex Matth. 18. *Va homini illi per quem scandalum venit.* Ubi Christus loquitur de scandalo simpliciter & generaliter. Et, ex Romano. 14. *Si propter cibum fratrem contristatus, jam non secundum caritatem ambulat;* ubi agitur de cibis Legi veteri abrogata veteris, ideoque jam licitis. Et ex 1. ad Corinth. 8. *Sic agitem peccantes in fratres, & percutientes conscientiam eorum infirmam, in Christum peccatis.* &c. Ubi ut grave peccatum contra caritatem reprehenditur scandalum indirectum, quo fideles ple-

no intrinseca carnes idolo immolatas comediant coram infirmis falso putantibus id esse de se illicitum, qui inde prae intentionem comedendum impelli poterant ad eas contra conscientiam errorum concedendas. 3. Quia secundum omnes, Lex caritatis in Deum & proximum obligat ad cavendum & impediendum etiam in aliis peccatum; quod est offensa Dei & maximum malum proximi. Item obligat ad proximum a peccato per correctionem fratrum retrahendum: ergo a fortiori obligat ad non conficiendum cum per scandalum in peccatum vel ejus periculum. Et vero ad contrahendam malitiam aliquam sufficit ut libere fiat id, quocum conjuncta est, & cognoscitur vel cognosci potest ac debet esse conjuncta: nam tunc illa malitia est saltem interpretative volita.

Immo hoc scandalum indirectum, & communi sententia, contrahit etiam malitiam peccati, cuius datus occasio, exprimentam in confessione. Tum quia dans illud, vult saltem interpretative tale peccatum alterius, volendo sine justa causa id, ex quo providet securum, vel ejus periculum: tum quia virtus omnis non solum vetat actus sibi contrarios, sed etiam, ne detur aliis occasio illos ponendi.

Est autem mortale, si detur occasio culpa mortalis: veniale vero si detur furtum occasio veniale, scilicet periculo graviois mali; nam quamvis peccatum veniale sit gravius malum quolibet temporali; est tamen leve in suo genere, & reparatum facile.

Hinc peccat mortaliter contra caritatem & castitatem, 1. Qui imagines, vel statuas nudas faciant, vel palam exponit; nam haec aequo saltem inducunt ad peccatum, quam ferre oblectus. 2. Qui scribunt, imprimunt, recitant, tradunt libros amatorios, castrenses turpes &c. Item qui componunt, vel agunt comedias obicenas, aut periculosas ratione verborum, factorum, aut gestuum: nam hi omnes sunt causae ruinae multorum. Nec refert quod eam non intendat, nam dant ei sufficientem causam. Item qui sua praesentia eas approbant, nam haec denudatio apta est scandalum parere infirmis, eos ad complacentias & desideria prava inducens, & christianae modestiae ac sanctitatis repugnat. Nec potest excusari consuetudine, utpote contraria precepto divino. 4. Puella, quae sine justa causa se praebet conspiciendam ei, a quo putat se turpiter concipiendam, quamvis illi faciat eam vanitare, & sine animo ejus amorem excitandi. Ita committit. Item mortaliter peccat, qui alios vexatiosis inducet ad blasphemias, contumelias graves, imprecationes, &c. nam cooperatur ad peccatum.

Praeterea observanda sunt sequentia.

1. Peccatum scandalum hoc ipso committitur, quod datur proximo occasio peccandi, quamvis is re ipsa non peccet; nam ad hoc facti est, quod peccatum proximi ex tua actione vel omissione minus recta in talibus circumstantiis, spectata ejus fragilitate, sequi probabilitur possit. Nam tunc si creas probabile periculum peccandi, & quod tunc non sequatur peccatum, per te non fiat, sed per ipsum: sicut mortaliter peccat, qui excludit a pulpam cum periculo occidendi hominem, licet malus re ipsa occidatur.

2. Peccatum coram aliis commissum habet malitiam scandalum tunc solum, quando est periculum probabile, ne ii, coram quibus committitur, inde inspiciantur ad peccandum. Hinc blasphemia coram solis Religiosis non habet rationem scandalum. Qui vero publice peccat, tenetur eam scandalum circumstantiam confiteri ratione periculi, cui se incitandi multos ad peccandum suo pravo exemplo exponit, ut recte docent Azor, Sanchez, & alii.

3. Numerus eorum, quibus scandalum datur, debet in confessione declarari, sicut numerus hominum uno idem occisorum. Nam numerus se habet ut objectum peccati, illudque in suo esse individuali constituit; & non solum aggravat, sed etiam multiplicat peccatum.

4. Actus venialis, vel ex objecto indifferens potest esse mortalis ratione scandalum, quando a tali persona & coram talibus fit, ut probabile sit periculum, ne inde alii ex infirmitate, vel ignorantia sumant occasionem peccandi mortaliter, ex c. 2. de novi operum. Nam ex 1. ad Cor. 8. sup. cit. comestio carnis idolo immolatae quae per se licita est, sit mortalis ratione scandalum.

5. Cum fit actio de se licita, quae aliquam speciem mali habet, tollitur scandalum, declarando justam causam agendi, quando hoc sufficit ad amovendam suspicionem omnem mali. Sic comedens carnes de vitulo ob rationem occultam, impedit scandalum, haec aperiendo.

6. Quamvis juxta multos liceat, non auferendo occasionem peccati, permittere unum peccatum, ut occasio peccati: v. gr. liceat heri non auferre occasionem furandi famulis, aut filiis, quos ad furandum propensos ac paratos novit, ut sic deprehendat, & resipiscat, eo quod tunc rationaliter permittitur furtum unum, ut videntur plura: non licet tamen talia aliter, ponere, aut pericula obicere; quia esset positive cooperari peccato & occasione praebere, ac creare alteri periculum peccandi, quod non licet.

Quaest. III. An tenetur omittere opus de se non malum, nec speciem mali habens, ob scandalum pusillum alterius vitandum?

Resp. 1. Non tenetur illud omittere ob scandalum ortum ex malitia, cum adest rationabilis causa, aut utilitas magna nostra, vel aliena etiam temporalis. Ita S. Th. qu. 43. art. 8. Quia quae scandalum illud ex sola malitia scandalizati oritur, ei soli imputatur; alioquin quis per suam malitiam posset impingere commoda aliorum. Si tamen nulla esset necessitas, vel notabilis utilitas opus illud faciendum, omitti deberet: quia tenetur ex caritate impingere peccatum proximi, est ex parte eius malitia securum, cum nulla adest justa causa illud perimitendi. Layman, Valencia & alii.

Resp. 2. Ad vitandum scandalum pusillum ex infirmitate vel ignorantia ortum, tenetur omittere opus utile non malum, nec mali speciem habens, vel saltem discurrere, donec proximus monetur ne scandalizet, cum id sine gravi incommodo possimus. Nam ex Legge caritatis tenetur impingere peccatum proximi infirmi, cum possimus sine gravi nostro incommodo seu damno, ex Eccl. 32. *Manducati illi utiniquis de partibus suis.* Hinc mulier, quae praebet aliquam in particulari ex suo aspectu linc-

purum occasionem peccandi ob infirmitatem, tenetur vitare ejus conspectum, cum potest sine gravi incommodo. Non est tamen obligatio omitteri actionem de se licitam, nec habentem per se, aut communi prudenti judicio speciem mali, ne quis generatim ac indeterminate sumat inde occasionem peccandi; nam alioquin hoc esset omnino intolerabile, & obnoxium innumeris scrupulis. Hinc mulier, ad vitandum periculum vagi ac indeterminati scandalum, non tenetur abstinere ab ornatu honesto & ordinario secundum suam conditionem, secus de extraordinario nec convenienti.

Quaest. IV. An omitti debeat opus bonum ad vitandum scandalum pusillum pusillum seu infirmorum?

Resp. 1. Ad vitandum scandalum nunquam licet facere actionem prohibitam lege naturali; quia nunquam licet facere actionem intrinsece malam, seu dedecentem naturam rationalem. Neque etiam licet omittere actum lege naturali praescriptum, in his circumstantiis, in quibus praecipitur: quia omittit talis actus est intrinsece mala, cum lex naturalis non praecipiat nisi id quod necessarium est ad honestatem morum, spectatis omnibus circumstantiis. Contrae etiam ob scandalum aliorum nunquam potest omitteri ea quae necessaria sunt necessitate medi ad salutem, quia (ut ait S. Th. qu. 43. art. 7.) *Secundum ordinem caritatis plus debet homo suam salutem spirituales diligere, quam aliam.*

Item non licet ob scandalum pusillum omittere opus bonum in detrimento fidei vel boni communitatis spiritualis. Quo spectat illud S. Gregor. homil. 7. in Ezech. *Si de veritate scandalum sumitur, utilius permittitur nasci scandalum, quam veritas relinquatur.*

Resp. 2. Ad vitandum grave scandalum pusillum, multi putant debere praetermitti praecipua mere positiva, praesertim humana, nisi ex eisdem omissione manus damnus immineret vel tibi, vel aliis. Sic fit te iuro ad Sacram die festo excitanda sit ecclesiae, vel gratia risa, non debet ire. Item si mulier praevideat in sui aspectu aliquem in particulari scandalizantem ex infirmitate, tenetur omittere sacrum, etiam die festo semel aut iterum: quia cum praecipit omnia caritati deserviant, & ei tantum qui subdornatur, non obligat in his circumstantiis, in quibus caritas distat omittere damnum eorum observationem, ut impediatur grave peccatum proximi.

Resp. 3. De bonis operibus, quae sunt solum consilii, docet S. Thom. qu. 43. art. 7. ea omitti non debere, ad vitandum scandalum ex mera malitia acceptum, juxta illud Matth. 15. *Sinite illos, ceci sunt.* &c. Nam Pharisei scandalizabant, quod Christus cum publicanis & peccatoribus comederet, nec propterea id omisit. Et alioquin quis sua malitia posset bona spiritualia aliorum impingere.

Sic vero scandalum ex infirmitate vel ignorantia oriatum, occidari debent, vel interdum differri, donec ratio hic agendi proposita fit. Nam ex Legge caritatis tenetur proximi ex infirmitate vel ignorantia lapsari ruinam impingere, cum facile possimus. Ad tunc facile possimus, cum tale opus non sit praecipuum, nec necessarium, & illud differendo, vel etiam omittere ad impediendum peccatum proximi, exerceamus actum caritatis magis me-



meritorium, quam foret ipsum opus, quod omittitur.

Quod si post redditam rationem non desinant in de scandalizari; tunc scandalum ex mera malitia oritur, & se propter ipsum non esse dimittenda bona opera, docet S. Th. ibid.

Quest. V. An licet minus peccatum suadere volenti committere gravius, quando aliter gravius impediri nequit?

Resp. 1. Id non licet loquendo de fatione, aut alia inductione directa. Tum quia semper per se malum est inducere ad peccatum quodvis, est leve: nam nunquam licet facere malum, nec proinde illud consilium, ne quidem ut erentiam bona, ex Rom. 3. Tum quia qui consulit minus peccatum, etiam si consulat ad impediendum majus, in peccatum illud minus consentit, illudque approbat, quod est intrinsece malum. Tum quia suadens est moralis causa peccati minoris, ad quod alter non erat determinatus: ideoque qui merito imputaretur: Porro illud estatum: *E duobus malis minus eligendum est*, non habet locum (Vid. num. 313.) in peccatis, quæ libere fiunt, & vitari possunt; sed in his solum malis, quorum unum sustinendi necessitas incumbit.

Tamen peccata inæqualia committere volentem deterere licet a graviore, tacendo de alio minus gravi, quia hoc est dumtaxat suadere omissionem gravioris.

Quest. VI. Quandoquid est peccatum scandalizans vel dare alteri rem aut operam de se licitam, qua male usuras prævidetur, vel probabiliter peccatur?

Resp. 1. Peccatum est, quando denegari potest sine gravi damno. Quia secundum omnes, teste Deigo, quisque tenetur ex caritate impedire peccatum proximi, si potest saltem sine gravi incommodo. Ergo a fortiori tenetur non suppeditare materiam vel operam, qua usurus est ad peccandum: nam caritas est velle bonum delicto, & remove malum illius. Deinde quisque tenetur peccatum corripere, scandalum amovere: ergo & a fortiori materiam peccandi non præbere. Præterea talis merito censetur saltem interpretative velle ruinam alterius.

Hinc moraliter peccant capones, qui secundam refectionem bene præstiti, vel carnes die jejunii præbent hospitibus, quos sciunt vel prudenter judicant non habere dispensationem; nisi forte ex denegatione gravissimum malum ipsis imminet, ut mors, incendium, vulnera, &c. Secus si ista præbeant viris honestis potentibus, de quorum dispensatione non certo ipsis constat: nam in dubio debent præsumere esse legitime dispensatos. Item qui præbent vinum copiosum iis, quos eo inebriandos prævident: nam sine iusta causa omittunt impedire peccatum proximi; immo materiam peccandi suppeditant, cum moraliter possint & debeant iis denegare. Nec licet inquit esse querendum ex casu, in quo est alterius peccatum, nec est tanti momenti, cum tamen christitas sit damnum maximum anime & corporis, & scandalosum, ac sepe nocendi iniuste aliis occasionem & causam afferat. Ita Sanchez, *Velen. & alii*.

Item dic de iis, qui vendunt venenum aliis, quos non constat bene usuros, ver. gr. ad confessionem

medicine vel colorum; aut merces iis, quæ ab usuri sunt. Neque hic excusantur eo quod si non vendunt, alii vendituri sunt, quia illi peccabant vendendo; non licet autem peccare, eo quod cetero quilibet alii sint peccaturi, neque factum aliorum imitari tuam cooperationem.

Neque etiam excusantur eo quod illi, quibus ista tradunt, jam sint animo parati ad peccandum: quia adhuc cooperantur actui externo malo, quo prava illa voluntas executioni mandat. At peccatum est non solum velle malum facere, sed etiam facere & exequi malum, & ejus executioni cooperari; nam lex non solum volumat v. gr. furandi, se inebriandi &c. sed etiam ipsum factum virtuale, ipsam ebrietatem, ejusque cooperationem vetat, & actio externa seu executio rei illicita docet naturam rationalem, esseque illicita & contra legem divinam.

Resp. 2. Non licet præbere operam vel rem aliquam, que in talibus circumstantiis proxime ad peccatum adjuvat, & ad illud determinate ordinatur. Quia tunc est mortaliter cooperari peccato alterius. Hinc Innoc. XI. damnavit hanc propositionem: *Famulus, qui submisit bumeris scienter adjuvat herum suum ascendere fenestras ad supradum virginem, & multoties eidem subseruit, defendendo scalam, aperiendo januam, aut quid simile cooperando, non peccat mortaliter, si id faciat meriti notabili detrimento, puta ne a domino male tractetur, ne torvis oculis aspiciatur, ne domo expellatur*. Nam hæc actiones in talibus circumstantiis proxime ad peccatum adjuvant & ordinantur. Quare qui eas ponit, merito censetur velle peccatum alterius, & ei consentit. Hinc etiam non licet famulo gladium præbere hero suo alterum occidere volenti, furanti scalam amovere, mercenem domum deducere, literas amatorias ipsi deserre, &c. Nam hæc & similia ad peccatum proxime concurrunt seu conducunt.

Resp. 3. Licet rem & operam ex se licitam, nec per se ac proxime ad peccatum concurrentem præbere ea abuturo, si adfit causa iusta & proportionata excusans, & desit intentio cooperandi ejus peccato, nec alter abutatur contra bonum. Resp. vel Ecclesie. Nam tunc ista suppeditant, in estimatione prudenti non censetur cooperari alterius peccato, sed solum illud permittere ex urgenti causa, ob quam non tenetur illud impedire, & peccatum soli malitie abutentis imputatur.

Hæc autem causa tanto gravior & urgentior debet esse, 1. Quanto gravior est peccatum, quod non impeditur. 2. Quanto subministratio tua minus remote illud attingit. 3. Quanto probabilis est, te non suppeditante, alterum non executurum peccatum. Item ex communi sententia, requiritur major causa quando alter non est paratus ad peccandum, quia gravior malum patitur. 4. Si abutur sit contra iustitiam: tunc enim requiritur tantum malum vitandum, quod ex caritate non tenearis subire, ad impediendum tale damnum tertii: nam strictius tenemur impedire peccata alterius, que nocent aliis, quam que non nocent: in his enim solus peccans damnum spirituale voluntarie subit, in illis autem insuper innocens damnum invitatus patitur.

Hinc 1. Parochus potest & debet Eucharistiam

mini-

ministrare peccatori occulto eam publice petenti. 2. Excusantur capones vinum vendentes militibus abuturibus ad ebrietatem, si denegare non possint sine damno vitæ, vel bonorum omnium.

3. In necessitate licet ab alio petere, quod potest sine peccato facere, quamvis prævidetur peccaturus, v. g. mutuum quo indiges, (Vid. num. 247.) ab usurario. (\*)

(1) Cum de materia hætenus discussa foret innu-  
meri casus propoiti quæst. ac multa fridem a sa-  
cribus morum regibus discrepantia legantur de sis-  
denis exarata apud varios Scriptores; idcirco ma-  
gnopere expedire mentem habere primum informa-  
tam universis Christi, & Apostoli sententiis, qua  
ad scandalum referuntur (Mat. c. 18. v. 17. & 18.  
& ad Rom. c. 14. ad Cor. c. 8. 3. ad Thesi. c. 4.)  
tum etiam vriditam sublimibus Angelici doctrinis  
(que extant in 2. 2. q. 43. per tot. & in Lesson.  
ad loc. cit.) D. Pauli) Exinde namque quilibet inge-  
niti, judicisque vi vel medicioris tollent, hanc  
stant.

que a præjudiciis solutus apias elicere poteris res-  
ponones ad particularia dubia apud Casusias con-  
ferens occurrentia. Quod spectatim attingit ad co-  
operationem alienis actibus malis in quovis e-  
ventu discipiendum, utrum materialis seu remota  
vel formalis seu proxima in genere moris ea sit.  
Ad utramque autem cooperationis speciem rite di-  
sternendam P. Cuviliatus (Tract. de 1. Decal. Prac.  
c. 2. §. 6. n. 19.) septem recenset condiciones, que  
ubi simul concurrant, materialem dumtaxat ubi  
deficiunt, etiam formalem cooperationem manife-  
stant.

